

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In auaros, vel quibus melior conditio extraneis offertur. Emblem XC.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

In auaros, vel quibus melior conditio ab
extraneis offertur.

EMBLEMA XC.



DE LPHINI insidens vada cœrula sulcat Arion,
Hocq; aures mulcet, frœnat & ora sono.
Quam sit auar hominis, nou tam mens dira ferarum est:
Quiq; viris rapimur, pisibus cripimur.

COMMENTARII.

I. **D**ELPHINI perfidi nautæ Ationem citharae seduicunt desciunt vna cithara; sed hinc Delphinus exceptatus præstolatur. E longinquo vero illius tergo insidens citharam pulsat Arion, & ad portum hoc vectore enatas. Delphini sunt pisces hominum amatores; hincum habent contra naturam aquatilium, mobilem, breuem & latam, non differentem à suilla. Arte musicae mulcentur; pro yoco genitum edunt bus-

mano similem. Dorsum habent repandum & rostrum simum, unde & Simonis nomine gaudent. Obuiam nauigij venient, aliquid etiam, & quavis plena prætereunt vela: nullum est animal quod celeritate non excellant.

ID exultit è Graco θιάροπος hexasti-
cho, quod est 1. Epigr. sic autem: Fons ē
θιάροπος ὁ τ' ειράλλοι τυρωνίδας τιγγύδει
θιάροπος δηλεῖται ταχίτινος ταχίτινος.

BS

Pogger



φορμικήστενάτα θηλαν υπερβύθιον.
 Αυτίκα μὲν καθάρη λιγυνχῆ διέζατο
 δέλφιν
 Σύνθρονον. ἐν δὲ θυετούχεδ' εἰλιασ-
 μένος,
 Μίχεις ἵστις οἴδηται κορίνθιον.
 ἡρά θάλασσα
 Ιχθὺς αὐθρώπων εἶχε δικαιοτίρης.
 Ad velum sic lonat:
 Eures quando marini Tyrrhenum prope-
 vorticem
 Citharadum de navi posuerunt gurgite
 mergendum,
 Statim eum cum cithara arguta suscepit
 delphin
 Sefforem: ex profundo autem enatauit e-
 mergens:
 Vsq; ad Iulium appulit Corinthium Cer-
 te mare
 Pisces hominibus habuit tum aquiores.
 Sic autem reddidit Minos:
 Pracipitem è navi citharædum aliquando
 latrones
 In rastum pelagi sorte dedere fratum;
 Protinus in medijs delphin apparuit undis,
 Illicio grata dulcijonq; chelyr:
 Sefforemq; islmū denexit adusq; Cerinthi,
 Fluctibus & medijs reddidit incolumē.
 Hinc patet indomito meliores aquore naſci
 Pisces, quā tellus gignat alunna viros,
 Extac & aliud eiusdem Bianori lib. 4. Epi-
 gram. eis εἰκόνα εἴπον τε κιλαρόδε,
 quod tale est:
 Ενστεν Πειριάδος εἴπον τε εἰκόνα τε
 την,
 καὶ τὸν θεαλυμένο σύιδρομα νηξά-
 μενον
 εἰνάλιον δελφίνα. λίγει δὲ ὅπερ οἱ πολοι
 μῆδος,
 Κτενέμεδ' αὐθρώπωις, ιχθύοι σω-
 ζόμεθα.
 Quod sic ferè ad verbum vertit Sanctius:
 Constituit Periander Arionis icona talem,
 Expertum ut hominē pīce vehi videoas,
 Delphin pīcis erat. quid Arionis indicat
 icon?
 Nos pisces seruant, interimit homines.
 Fere idem cecinit Faustus Sabaxus:
 Erexit statuum Periander Arionis, & qui
 Equora fulcanti tergora curua dedit,
 Delphini monstrat placidi pīa fabula,
 quantum
 Exuperent homines impietate feras.
 Historiam, seu (si mavis) fabulam copio-

sè tractauit Herodotus lib. 1. qui inscribi-
 tur Clio, & post eum eleganter A. Gellius
 lib. 16. cap. 19. item C. Iulius Higinus in
 poetico astronomico, cū loquitur de Del-
 phino, & Plinius lib 9. cap. 8. Plutarchus
 in conuiuio septem Sapientum. Ea autem
 sic habet: Arion cithareduis excellentissi-
 mus, arte sua pecunijs multis partis cùm
 patriam reperteret Corinthum, in piratas
 incidit, qui nummorum caufa confilium
 ceperunt de eo interficiendo. Quod vbi
 animaduertisser, impetrata ab eis venia fi-
 didibus cecinit; tum statim ē prora sele in
 profundam deiecit: quem subito à delphi-
 no exceptum, & dorso Corinthum vsq;
 vectum aiunt. Sed cur non apponimus
 hoc Ouidij carmina ex 2. Fastor, ipsa ve-
 nustate venustiora?
 Quod mare non nouit: qua nescit Ariona-
 tellus?
 Carmine currentes ille tenebat aquas.
 Sape sequēs agnā lupus est à voce retenuis:
 Sape auidum fugiens restitit agna lupū.
 Sape canes lepores, gna iacnere sub umbra:
 Et stetit in saxo proxima cerua lea.
 Et sine lite loquax cū Palladis alio cornix
 Se sit, & accipitri iuncta columba fuit.
 Cynetha sape tuis fertur, vocalis Arion.
 Tanquam fraternis obstupuisse modis.
 Nomen Arioniū Sicalas impluerat urbes,
 Captaq; erat lyricis Ausonis ora sonis.
 Inde domum repetens puppim condidit
 Arion,
 Atq; ita quisitas arte serebat opes.
 Foristan infelix ventos, undasq; timebas;
 At tibi nauē tua tutius aquor erat.
 Namq; gubernator districto confitit ense,
 Cateraq; armata confixa turba manu.
 Quid tibi cum gladio? dubiam rege nau-
 ta puppim?
 Non sunt hac digitis arma terenda tuis.
 Illi metu panidus, morte non deprecor, iagt,
 Sed liceat sumpta pauca referre lyra.
 Dant veniam, ridentque moram: capit ille
 coronam.
 Qua posset crines, Phoebe, decere tuos.
 Induit & Tyro distinctam murice pallam;
 Reddidit illa suos pollice chorda sonos.
 Flebilibus numeris veluti camentia dura-
 Traiectus penna tempora cantat olor.
 Protinus in medias ornatus desilit undas,
 Spargitur impulsu cœrulea puppis aqua.
 Inde (hde maius) tergo delphina recurvo,
 Se memorant oneri supposuisse nouo.

*Ille sedet, citharaq; tenet, preciūq; vobendi
Cantat, & aquoreas carmine mulcet ar-
quas.*

*Dū pia facta vident: astris delphino recipit
Iupiter, & stellas iussit habere nonem.*

*Alluit ad hanc historiam Propertius, ele-
gia 2. ad Cynthiam, de somno naufragij:
Sed tibi subdio delphinum currere vidi,
Qui puto Arionam rexerat ante ratem.*

*Habetur venustum & elegans ectostichon
Philippi lib. 1. Epigram. Græcorum, vbi
philomela gloriatur se vestram esse delphi-
no; quo facto colligit fabulam de Arione
non fuisse vanam nec fictitiam. Quod si
propter Græcas compositionis leporem ap-
posuero, nihil me peccaturum arbitror.*

*Epigram- μεμφυτὸν βούλν, ἵτεπατόμην ὁ πό-
μα de del θλιψ.*

*phino phi- πνεῦσθαι τοι δρῦντος ἡδ' ἄνεμος.
lomela ve δλλάμε τὴν μελιγυρην ἀνέρα, δίζετο
τορε. νετοις*

*βελοῖν, καὶ πτυνὴν πούτας ἡνέρχεται.
πιστάτωφ δ' εἴρη πορθμευομένην. τόν
ἀκαπον*

*νάντην τὴν σόματος θελαγογύν κιθάρη.
ερεσίν δελφίνες αἱ μιστοντιν ἀμισθον
ηνυσαν. εἰρεύεται μῆθος δρίερος.*

*Cuius epigrammat s tenum sic vertere
conabatur Sanctius:*

*Præputibus pennis vento bacchante ferebar
Per mare Bistonio, qui mihi saus erat.
Sed me dulcisonam suscepit aedona curvo
Pontiugus delphin corpore piscis auē.*

*Quia fido tranans spaciosum in remige pon-
tum,*

Mulcebam varijs corda marina sonis.

Delphini Musas (naulo sine) sepe tulerunt:

Nam neq; Arionia fabula falsa fuit,

Porrò de delphini natura, & eius in homi-

nem amore testatur Gellius lib. 7. cap. 8.

& Plinius lib. 9. cap. 8. hic refert de delphi-

nio, qui è pauperis cuiusdam pueri, ex Ba-

Iano Puteolos in ludum literarium itantis

manu pastus, dorsum præbebat ascenfuro,

*pinne aculeos velut vagina condens: re-
cep-*

ptumq; Puteolos per magnum aquor in

ludum ferebat, simili modo reuehens plu-

ribus annis: donec morbo extinto puer,

subiude ad consuetum locum ventitans,

tristis & morteti similis, ipse quoq; (quod

nemo dubitat) expirauit. Leonicus quo-

que de var. hist. lib. 1. cap. 53. ex Pausa-

nia refert, se vidisse delphinum à puer vo-

catum, subito aduentaro solitum, illumq;

dorsō acceptum, leniter per mare ferre cō-

suetum, collati in se beneficij memor: de

Delphi-

quo ille. Quamobrem, inquit, vera est il-

nus à pu-

la, quæ de citharœdo Arione Herodotus,

ro voca-

Plinius, & pleriq; alij referunt, haud ma-

tus pqr-

gna cum re credi potest. Enslum etiam

adolescentem in mari à Delphinis serua-

tum, eodem penè quo Ariona modo, retu-

lit in Symposium septem sapientum Plutar-

ch. Itidem narratur de Telemacho pueri-

lo; qui cùm fortè in mare decidisset, exci-

cientibus Delphinis, ab imoq; tetrahentib-

us, eufit. Ait idem Plutarch. ad finem

disputationis, qua inquit, An sit aliquid

in brutis rationis. Sed hęc plusquam satis.

De Arione consule etiam Mytholog. Nat.

Comitis lib. 8. cap. 14.

DELPHINI insidens] Delphin piscis

marinus, celerrimus & φιλάρθρωπος. Dcl.

Delphi-

phonum musicum signum ideo dici (vt &

hoc addam) Arati interpres scribit, quod

signum

newm stellis insignitus sit, vt testatur O-

uid. Fastor 2. qui est Musarum numerus.

Vade carula] mare carulcum. Vadum

Vadū pro-

non raro pro mari ponitur apud Poetas. mari.

Catull. Argonaut.

Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi.

Et Virgil. 7. Æneid.

Litus ad Ausoniū tot p vada carula rexit.

Sulci] metasopæ ab aratoribus, pro eo

quod est, lecat, proscindit, transgreditur.

Hac quoq; translatione vñi sunt Virgil. 5.

Æneid. Ouid. 1. de Ponto, & alij.

Hocq; sono] lyra suæ modulis. Hunc

versum aliquot sic legunt :

Et cithara mulcet, franaat & ora sono.

Aures mulcer] dciphimi. Virgil. 1. Æ-

neid. dixit :

Et mulcere dedit fluctus, & tollere vētos.

Paccinius, mulcere laudibus, pro mollire

mulcere,

feu lenite, vt vult Festius. Ouid. 4. Trist.

Fastr orundineo carmine mulcet oves.

Franat & ora] translatio in verbo fra-

nat, ab equis sumpta, pro eo quod est, reti-

nct, fistis, regit.

Viris rapimur, piscibus eripimur] Id

paulò antè Carmen Græcum expressit.

H' ſa θάλαſſa

Ιχθύς αὶ θρώπων εἰχε δικυοτέρους.

Item eiusdem argumenti ex 4. Α' νθολογ.

Epigramma supra adductum, cuius con-

clusio eadem cum Alciati versu ultima:

Κλειρό μεθ' αὐθρότοις, ἵχθυσι σωζεθε.

Cui cōuenit. Ouid. illud ex 1. Trist. eleg. 4.

*Statu' mis- Cunq; minor Iouis sit, tumidis qui regnat
tius homi in undis,
tibus.*

*Illum Neptuni, me Iouis ira premit.
Non absimile huic Corn. Tacitus 3. His-
tor. dixit: Valenti mare taurus quād lito-
ra & vrbes. Rapimur autem, hoc est, op-
primimur, ledimur, de medio tollimus;
rapere enim ad vim pertinet. Eripimur, li-
beratur, seruamur. Virgil. 6. Æneid.*

Eripe me his iniuste malis.

IV. A R I O N I S fabula non iniuria flecti-
*Auaritia tur in crudelē & insatiabilem hominū
quantas auaritiam, qui in vitam aliorum non verē
pernicias.* tur consipitare, quō bonis corum & opibus
potiri quoquo modo queant. Hincq; ad-
monemur, mitiores esse feras in hominē,
quād ipse homo in hominem sit. Hinc nō
immemor. Virgilius 3. Æneid. exclamat:

*Quid non mortalia pectora cogit
Auri sacra fames?*

Quid verō scelestius aut deterius ea cupiditate habendi, quae non modō sui facit immemorem, sed etiam sibi & alijs exicitatem? Eam itaque recte Menander appellat *μέγιστον ἀνθρώποις κακόν*. Maximum ho-
minibus malum. Euripides verissimè,
ὅσιος γάρ ποτὲ τὸ πλεον ἔχειν πίστιν δινῆν,
εἴδεν φορεῖν δικαιον, εἴδε βουλευτον.
φίλοις τ' ἀμικτος οὐδὲ πάσῃ πόλει.
Quisquis ambitiosum & auarum inge-
nium habet,

Nihil sapit iuste, neq; vult,

Dificilissq; amicis est, & toti ciuitati.

*Ambire quem vides, auarum & viuere,
Is nec sapit, nec sapere vult pro�ursus sibi;*

Inīd est amicis & molestus ciuitati.

& Bion Sophista optimè *ἥτις φίλαργυρός
μετρόπολιν τάτης κακίας εἰνει* cœlit.

nempe auaritiam esse metropolin omnium
vitiorum. Cur autem sumnum malum à

*Auaritia
sumnum
malum.* quibusdam dicatur auaritia, in promptu
ratio est, quod ea vix vñquam sola esse
queat: quippè cùm perpetuas habeat sibi
comites rapinam, periuiri mendacium,
proditionem, atq; etiā parcidium, quod
exemplis longè multis perspicuum esse
potest: sed vnum ad rem præsentem satis
erit, quod ex Aristotele protulit Aristoramus:
Socios octo latrones de spolijs inter
se concertasse, ex quibus quatuor sunt in-
terfecti: deinde quatuor alios rursum eo
nomine dimicasse: vnde factum ut duo tā-
tum fuerint superstites, qui etiam cùm ri-
xandi finem non facerent, vñus ex omni-

bus ad extremum incolumis evasit. Sed
quid reliqui tādem futurum, si etiam de-
tra in sinistram armetur? Hæc ille. Cicero
pro Quincio: Nullum est officium tam
sanctum atq; solemane, quod non auaritia
communere atq; violare soleat. Et quidē
statim omnis iustitia negligitur, & aliena
per iniuriam occupatur, cùm pectus au-
aritia, miseraque cupidine feruerit, ait Horatius.
Perplacet illud Iuuenalis, de auaritia:
*Inde fer a scelerū causa, nec plura venena
Miseris, aut ferro grassatur sapientia ullum
Humana mentis vitium, quād saud cupido
Indomiti census: nam diues qui fieri vult.*
Et cito vult fieri: sed quæ custodia legum?
Id flecti vero potest ad exēpla miserae pro-
scriptionis, non certè Syllanæ, vel trium-
viralis, sed Gallicanæ iam toties usurpatæ,
non in eitharcodos (quibus facile carere-
mus) sed in homines vitæ inculpatæ, so-
brios, non rebelles, non reprobos, quietos,
qui minimè belligeri, imò ab omni dimi-
cadi alieni infamia, & in eadem quasi vesti-
tione publico & nefario tumultu, insontes
perierunt, aut extores facti patria carere
coacti sunt. Et quis non vidit viros bonos,
certeque laudatos penè omnes extores fa-
ctos diu exultasse, aut in exercitis regionibus
mortuos, nec alio nomine a suis pulsos,
quād quod insigniter improbi non essent,
aut factionem nullam alerent? Et quidem
certò scimus idem contigisse quibusdam
nostris vrbus, atq; Milesorum ciuitati,
apud quos nemini else bono licebat. Sed
desito iā, vt succurrat illud Tibulli eleg.
3. lib. 2.

*Præda feras acies auxit discordibus armis.
Hinc crux, hinc cades, mors propiorq;
venit.*

*Præda vago iussit geminare pericula ponto,
Bellica cum dubijs rostra dedit ratibus.
Certe propter duo Pronomina, meum &
tuum, subinde homini imminet periculu
inde, vnde minimè oportet, ab homine sci-
licet: nam homo homini lupus. Nullum Homo ho-
malum frequentius, nullum pertinacius, mini lu-
nullum blandius. Tempestas minatur an-
pus: tequam surgat, crepant ædificia antequam
corruant, prænunciat fumus incendium:
ex solo homine subita pernicias, & eò dili-
genius tegitur, quo proprius accedit. Er-
ras, si istorum, qui occurrit, vultribus cre-
dis; hominis multi effigiem habet, animos
ferarum. Nihil illas ad nocendum, nisi ne-
cessitas*